

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. XXVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-263854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263854)

immutabile est. Sed Jerem. III, 7. 10. *concrete* sumitur per metonymiam, significatque *habitua-liter perfide agens*, pro מְבַגְדָה מְבַגְדֵי מ, præformante per aphæresin ablato.

§. XXVI.

P. 99. בָּגַה Apud Arabes بَعَا speciatim est *adulterium commisit* uxor, in Conjug. IV. inde בגוי Adulter Hab. I, 5. Notionem adulteri autem huc quadrare ex eo manifestum est, quod vates ecclesiam judaicam sæpe sub imagine *adulteri*, vel *adulteræ*, vel *scorti*, et *meretricis* proponere solent, quod eorum, et earum indoles est, ut legitimum conjugem spernant, et alieno adhæreant. Hinc Act. XIII, 43. hoc vocabulum in plurali usurpatum per καταφρονηταὶ redditur a LXX. viris. Est vox mixtæ formæ ex *Piel* et *Kal*, illud ob sec. rad. geminatam, hoc ob *terminationem*, quam puto ex participio *Paul* formatam, vel desumptam esse pro בגוי.

§. XXVII.

בָּיַא p. 100. ex *Piel* 1, mendax, in falsis fingendis occupatus Ef. XLIV, 25. Jerem. L, 36. Hof. XI, 6. *concrete*, 2. mendacium, abstracte Ef. XVI, 6. Jer. XLVIII, 30. Job XI, 3. N autem tertiam radicalem prodit, in plurali ut otiosum omittitur.

§. XXVIII.

בָּרַר p. 102. Apud Arabes ברר *sparfit*, *dissimina-*

minavit, etiam ventilando. In Chald. occurrit imperativus in *Pael* Dan. IV, 11.

§. XXIX.

P. 104. voci כהן præmittatur radix inusitata כהן quæ idem significasse videtur quod arabibus כاهن *distitit, separatus fuit*; unde כהן *pollex, a distando a reliquis digitis, sive manus, sive pedis* Exod. XXIX, 20. Lev. VIII, 23. XIV, 14.

§. XXX.

P. 105. voci כהק præmittenda est radix inusitata כהק, cujus notionem servat arabicum كاهق *splenduit, et arsit ignis*. Vnde כהק *pustula, primum ardens, deinde in candidam et splendidam degenerans*, Lev. XIII, 39.

§. XXXI.

Ibidem vocabulum כהיר derivandum est a radice inusitata כהר, apud arabes כהر *vicit aliqua perfectione, admodum luxit, præcelluit splendore*, et apud æthiopes כהר idem significans. Inde 1. כהיר *lucidus, splendidus maxime* Job XXXVII, 21. 2. כהרת *pustula splendens, lucida maxime* Lev. XIII, 2. 4. 19. 23. Ex Conjug. *Piel* formatum in plurali כהרות ubi ob concursum duorum *Kamez* evitandum, prius sub כ prima radicali ponendum in *Segol* abit, posteriore sub ה manente. In singulari enim *Dagesch forte* Conj. *Piel* in secunda radicali compensandum erat, vocali longa *Kamez* eoque eam ob causam immutabili,